

215.

Markgraf Dietrich überläßt dem Kloster Walkenried den Weg, welcher in dem ihm gehörigen Dorfe Thalheim zu den Klosterweidenbergen führt. Dresden, 1215.

Hdschr.: Or. Perg. Landeshauptarchiv Wolfenbüttel. Das zerbrochene S., an Pergamentstreifen, = Taf. III. 2. Phot. H. St. A.

Gedr.: Wilcke, Vita Ticemanni Cod. dipl. 19.

T[heodericus] dei gratia Misnensis et Orientalis marchio omnibus, quos presens littera attigerit, salutem et omne bonum. | Dilectis dominis nostris de Walkenriet viam in villa nostra Talheim indulsumus, per quam ad | vineas ipsorum excolendas transirent, et ecclesie candem in perpetuum contulimus. Ne autem | in posterum huic nostre donationi quispiam calumpniari poterit, hanc litteram nostro fecimus sigillo roborari et muniri. Testes autem huius rei sunt: Winemarus Portensis abbas. Heinricus Walkenriedensis abbas. Marsilius subprior Walkenriedensis. Fridericus hospitalarius Portensis. Vlricus notarius. Heinricus burgravius de Donin. Fridehelmus de Pouch. Acta sunt hec Dresdene anno incarnationis domini M. cċ. xv̄., indictione ii.

(SFR.)

216.

Markgraf Dietrich verzichtet auf die Jagd im altzeller Klosterwald und befreit die Wagen mit Klosterbedürfnissen auf dem Wege durch sein Land vom Zoll. [1212—Okt. 1215.]

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 179. S., an rothen Seidenfäden, = Taf. III. 2.

Anm.: Die Urkunde gehört in die Zeit von 1212—1215. Erst vom Jahre 1212 ab führte Dietrich den Siegelstempel (Taf. III. 2), und der unter den Zeugen befindliche Bischof Dietrich von Naumburg starb im Oktober 1215.

T[heodericus] dei gratia Misnensis et Orientalis marchio universis hanc litteram inspecturis salutem eius, qui pro salute generis hu|mani in cruce pependit. Quilibet vir christianus diligentem debet ad hoc operam dare, ut ei subiecta firmita|tem teneant iusticie et, que iuste sunt solidata, distractionem ipsorum cavere summo studio tenetur, attamen specia|lius eis debet incumbere negociis, que divinis deputata sunt servitiis et secundum apostolum imitator iustus et discretus pro fundamento bone operationis in corde suo debet inserere sollicitudinem omnium ecclesiarum, sic ut ecclesie, que decenter sunt dotate, sic per- maneant aucte bonorum elemosinis incommodum nullius pressure percipientes. Inde est, quod notum omnibus esse volumus presentibus et futuris, quod nos a venatione, quam quando- que in nemore fratrum Cellensium exercuimus, penitus abstraximus, quia consideravimus, quod illa venatio fuit contra salutem anime nostre, cum non debeamus nobis vindicare potestatem in bonis eiusdem ecclesie, quia tenemur tantum insistere defensionem eiusdem cenobii exemplum a patre nostro marchione Ottone bone memorie recipientes. Insuper volumus, ne aliquis nostrorum villicorum aut nuntiorum dominium in prediis ipsorum